

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Bibliotheca Smithiana, Seu Catalogus Librorum D. Josephi
Smithii Angli Per Cognomina Authorum Dispositus**


Pasquali, Giovanni Battista

Venetiis, 1755

Quintiliani Institutiones Oratoriae.

urn:nbn:de:gbv:45:1-844

summopere debemus, qui facultatem nostram hoc volumine illustrare tenterit. Utinam igitur immortalis Deus eum nobis diu servet, cum & medicinæ, & omnibus litterarum studiis prodesse velit ac possit. Rem nobis gratissimam faceres, Amicorum optime, si digestio quoque illa Aphorismorum, quam superiori anno secundum pheen Avicennæ membratim distinximus, ab hoc tuo Clemente imprimetur, vel sola, vel hoc in libro inserta. Etenim optarem laborem nostrum ab imprestori approbatissimo in lucem proferri. Vale, & nos ama. Venetiis anno Christi MCCCCCLXXI. xv. Kal. Junii.



QUINTILIANI INSTITUTIONES ORATORIÆ

Venetiis, per Nicolaum Jenson, MCCCCCLXXI.

*Reverendissimo in Christo Patri ac Domino meo observandissimo
Domino Moysi de Busarelis [a] Episcopo Bellunensi Omnipotens
Leonicensis [b] salutem plurimam dicit.*

CUM hanc mihi provinciam demandares, Observandissime Pater, ut Quintiliani Institutiones Oratorias emendarem, dubitavi facteur, numquid eam susciperem. Memineram etenim gravem illum ac perdifficilem fore, qui tertio ante anno librum ipsum auditoribus nostris exponere aggressus, ita vitiatum repereram, ut nusquam ferme sincerus videretur; interdum etiam fuisse, ubi nullus omnino sensus elici posset. Ast ubi mandata tua observarentur animo, rursus hoc mihi oneris quantumcumque esset subeundum esse intelligebam. Id certe ne illa forte suspicio animum incesseret, noluisse me potius, quam non potuisse, cum præsertim viderem, non tibi solum, humanissime Pater, sed omnibus ferme litterarum studiofis ita persuasum esse, me, si quisquam alias, huic oneri sufficere posse. Hac igitur etiam scholasticorum opinione compulsus, ne cui forte laborem subterfugere viderer, ingressus sum rem sane periculosam, et quæ non minus mihi sollicitudinis afferret, quam scholasticis adjumenti, ut eorum studiis pro virili parte consulerem. Accedebant justa preces magistri Nicolai Jenson Gallici, alterius (ut vere dicam) Dædali, qui librariae artis mirabilis inventor, non ut scribantur calamo libri, sed veluti gemma imprimantur, ac prope sigillo, primus omnium ingeniose monstravit, ut huic viro, qui de re litteraria tam bene meruerit, nemo sit, qui non favere summopere debeat. Idcirco non difficulter impertravit, ut non hoc solum opus, verum etiam utranque Ciceronis artem corri-

[a] Antequam Bellunensem Episcopalem Se-
dem confederaret, Polæ Episcopatum tenuit.
Cum Praefit Potensis esset, Thaddeus Quirinus
Patritius Venetus, ut refert Eminentiss. D.
Cardinalis Quirinus in Epistola ad S. P. Bene-
dictum xiv. quæ habetur in prima Decade pag.
65. libellum transmisit, cui titulus: *Traductio*
in S. Maximum de Parfumonia, ubi in epist.
nuncupatoria se studiorum ejus locum appellat.

[b] Ludimagister in Oratoria disciplina juxta nonnullos insignis; at juxta Cortefium de Hominibus Doctis pag. 27. in scribendo fatis amplius, sed pavum nitens, aut excultus, nul-
lus candor est Latini Sermonis, neque flos ullus,
quem in oratione requivimus. Inter celebres Joann-
nis Ravennatis discipulos numeratur a Flavio
Blondo Ital. Illustr. lib. iv. & a Joanne Boni-
facio Rhodigino, in Hist. Tarvisina Lib. xi. pag.
628. discipulus dicitur *Victorini Feltrensis*.

